



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Caprimulgus. Perniciosa consuetudo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

ratur docet
Tenedius
in naviga-
tione Pro-
pontiada.

maca, incantationesque comparantur, uno vocabulo Jynxas Græci vocavere. Hinc apud Theocri-
tum intercalare illud, Pharmaceutria,
ἰνυζ ἔλακε ποτῆιον ἐμὸν ποτὶ δῶμα ἢ ἀνδρῶν.
Scribit Pindarus, Venerem Jynga cœlitus attulisse, quam Jafoni daret, carmenque docuisse, quibus
Medeam in amorem alliceret.

VEHEMENS. CUPIDITAS. CAP. LII.

Idem Pindarus hieroglyphicè locutus ἰνυζὶ δ' ἔλακεται ἦτορ dixit, vehementem cupiditatem signi-
ficare volens, ut ejus interpretes exponunt. Jynx enim, ut interpretantur illi, vis illa dicitur, quæ
cogitationem nostram ad cupiditatem & amorem trahit. Tradunt nonnulli Pichus eam filiam fuisse,
propter persuadendi vim: maxima enim persuadendi vis inest amori, nihilque tam incredibile dici
potest, quod amanti non persuadeas. Unde recte Ovid. *Credula res amor est.* Addunt, eam amato-
riis beneficiis incitasse Jovem in amorem Ius. Sedenim Callimachus Echus filiam dicit, & Jovem
(tanta eorum temporum vanitas fuit, ne imperitia dicam) ab ea beneficiis coactum, ut secum regem
haberet: utcumque, mox ab irata Junone in ejusmodi aviculam transmutatam, beneficiisque ama-
toriis construendis damnatam.

DE CAPRIMULGO.

PERNICIOSA CONSVETUDO. CAP. LIII.

Perniciosæ consuetudinis hominem indicaturus quispiam, Caprimulgum avem pingat: ea enim
inter capras familiariter versatur, appetitque earum ubera fugere: quod cum fecerit, uber ex-
tinguitur, Capra, ut ajunt, excæcatur.

DE TURDO.

SUIS ARTIBUS ELUSUS. CAP. LIV.

Hominem qui technis & commentis, consiliisve, aut artibus propriis elusus malè perierit, & cui
dicitur, in laqueos quos tetenderat, incidit, ostendere qui volunt, Turdum viscataz impio-
tum virgulæ pingunt: quandoquidem, ut inquit Plautus, *ipsa sibi avium mortem cacat*: viscum enim
κίχλα non provenit, ait Plinius, nisi maturatum in ventre ac redditum per avium alvum, maxime Palum-
κίχλα δὲ τῆ κακῶν. bium & Turdorum. Apud Irenæum legas quid huic rei simile, de iis qui in eligendo sibi malo sunt
Turdu ipsi procliviores, & adversa mox quæ in se ipsi contrahunt, Deo imputant, cum nihil aliud sit, *Inducere*
sibi malum cor Pharonis, & Excacare oculos populi apud Deum, quam gratiam suam quæ se large volentibus in-
cacat, Me- fundit, à prave & iniquè agentibus avertere. Nam simulac quis Deum dereliquit, quæ bona sunt
vini 6. aspernatus, amissa Spiritus gratia, omnibus inde afficitur incommodis, viam rectam non videt, &
vib. lib. 9. de contumacem se opponit ad admonitiones, nullo pollet animæ sensu, ut sciat reprobare malum, &
nat. anim. eligere bonum. Ita dicimus eum à Deo excacari, & obdurari, quemadmodum Solem occidentem
recessu à nobis noctem facere: cum alioqui nihil à Deo nisi bonum emanet, quemadmodum à Sole
semper lumen & calor.

SURDITAS. CAP. LV.

Turdo sur-
ditas. Zeno-
do 115 ex
Euclidi Dio-
nyso.

Alioqui Turdus surditatis indicium est, cum omnium avium eo plurimum incommodo labora-
re Turdum, manifestum habeatur, accedit huc, quod proverbium κίχλης κωφότης, de lo-
quacibus, qui loquentes alios pati nequeant.

DE